



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Unio Divinæ Et Hvmanæ Domvs, id est, De Commodis Et  
Incommodis Matrimoniorum Inter Reges Et Principes  
Tractatus Historico-Politicus**

**Del Bruggen, Walther**

**Antverpiæ, 1688**

Serenissimo Potentissimoque Principi Ac Domino, Maximiliano Emmanueli,  
Utriusque Bavariæ Et Superioris Palatinatus Duci, Comiti Palatino Rheni, S.  
R. I. Archidapifero Electori, Nec Non In Partibus ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38241**

SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE  
PRINCIPI AC DOMINO,  
**MAXIMILIANO**  
**EMMANUELI,**  
UTRIUSQVE BAVARIÆ  
ET SUPERIORIS PALATINATUS  
**D U C I,**  
COMITI PALATINO RHENI,  
S. R. I. ARCHIDAPIFERO  
**ELECTORI,**  
NEC NON IN PARTIBUS RHENI AC SUEVIÆ  
ET IN IURE FRANCONICO PROVISORI,  
LANTGRAVIO IN LEICHENBERG &c.  
CÆSAREI EXERCITUS CONTRA TURCAS  
**ARCHISTRATEGO,**  
**FELICI, VICTORI:**

3

SERENISSIME PRINCEPS.



Æculum nostrum tam fuit inge-  
niis fœcundum, ut vix quidquam  
in materiis politicis intactum reli-  
querint, plurimaque opera verè in-  
signia communi bono elaborarint.  
Curiosius tamen mihi perquirenni  
hactenus Auctor non visus, qui de Principalium ma-  
trimoniorum commodis & incommodis speciatim  
egerit. Quare existimavi, non ingratum fore, si hanc  
excolerem materiam. Arduum, fateor, argumentum,  
& humeris meis penè impar: haud tamen despondi  
animum, fretus Lectorum benignitate, qui conatum  
boni consulent. Succisivis itaq; horis nonnulla sum  
elucubratus, duce Historiâ, vero prudentiæ fonte,  
eaque in Tractatum redegi; quem, occasione ma-  
trimonii, ab Augustissimo Imperatore LEOPOL-  
DO cum Serenissima Infante MARGARITA Hi-  
spana gloriose memoriaz initi, prælo dedi annis su-  
perioribus, atque Cæsareæ suæ Majestati dedicavi,  
sub titulo **Unionis Divinæ & Humanæ Domus**.  
Hunc cum, Typographo meo Antverpiensi mor-  
tuo, alias item Antverpiensis Typographus, secun-  
da editione vulgandum sibi permitti deposceret;  
vulnus fuit eumdem inscribere Celsitudini Tuæ E-  
lectorali,

lectorali, ipsius Cælaris jam Genero, per auspica-  
tissimas cum Serenissima MARIA-ANTONIA,  
eius & prælaudatæ Augustissimæ MARGARITÆ  
filia, nuptias; occasione rursum nova, pactæ latèque  
celebratae cum Serenissima Medicæa Domo affini-  
tatis, per quam huic innupturam Serenissimam So-  
norem, Magni Ducis COSMI filio FERDI-  
NANDO ipse jam sponsam tradidisset; nisi Te,  
totius Cæfareæ contra Turcas Militiæ electum  
Archistrategum, tantisper remorarentur colli-  
gendæ trans Savum Laureæ; ubi auspicatissimis ex-  
peditionis novæ progressibus præludit Turcici  
Imperii clavis Belgradum, ad solum adventus  
Tui terrorem derelictum à Barbaris, viam Con-  
stantinopolim fugiendo monstrantibus: adeo ut  
quæ ad Budam & Dravum à Tuâ Excellentia ge-  
sta sunt præcedentibus annis (quamvis omni laude,  
imo fide majora) collata ad recentes victorias, dan-  
te Deo relatas & referandas, quasi modica censenda  
sint. Unum interim hic præfabor veneratione  
submissa, quod quæ de dotibus inclytisque virtuti-  
bus defunctæ Socrus Tuæ olim differui, eadem de  
Serenissimis Principibus, Conjuge atque Sorore  
Tuis, nunc dicta velim. Ut enim in istâ cernuntur,  
tamquam in optimâ Filiâ, fœconde renata  
quæ desierunt in Augusta Matre; sic in alterâ  
luculenter agnoscimus Bavarii Sanguinis emi-  
cantia

cantia decora , quibus in Hetruscam Aulam  
translati nihilo minus illa effulgebit stabilieturque.  
Supereft ut Celsitudo vestra hoc quale quale opus-  
culum , obfrequentiffimæ devotionis meæ pignus  
serena fronte intueatur ; & innatæ benignitatis at-  
que clementiæ radiis malevolorum ab eo umbra  
arceat ; quod ipfum debita reverentia enixe obte-  
ftans , Sereniflimum Caput Tuum , inter mille  
pericula toties jam defensum , Divinæ porro pro-  
tectioni commendo , cum tota Bavaria Domo  
Matriti , vi Idus Septembris , MDCLXXXVIII.

ELECTORALIS CELSIT. TVA

*De votissimus & obfrequentissimus*  
JOANNES GUALTHERUS  
DEL-BRUGGEN.